e-codices

Mer Exoſſatum eſſe oportet quem probe percuſſeriſ
So Mirum ne hic me q̄i murenam exossare cogitat.
Ultro iſtuc qui exoſſat homineſ perij ſi me aſpexerit
Mer Olet homo quidem malo ſuo. So eih nunq̄ obolui
Mer Atque haud longe abeſſe oportet. So uerum longe hic abfuit
Mer Illic homo ſuperſtitioſus eſt ǫeſtiunt pugni mihi
So Si in me exerciturus queſo in parietem ut primum domes
Mer Uox mihi ad auriſ aduolauit. So nę ego homo infelix fui
Qui non alas interuelli; uolucrem uocem geſtito
Mer Illic homo á me ſibi malam rem arceſſit iumento ſuo
So Non equidem ullum hēo iumentum. Mer onerandus ē pugnis probe
So Laſſus ſum hercle é naui ut uectuſ huc ſum ēt nunc nauſeo
Uix incedo inaniſ ne ire poſſe cum onere exiſtumes
Mer Certe enim hic neſcio quiſ loquitur. So ſaluuſ ſum non me uid&
Neſcio quem loqui autumat: mihi certo nomen ſoſia eſt
Mer Hinc enim dextera uox mihi aureſ ut uidetur verberat
So Metuo uocis ne uice hic vapulem quę hunc verberat
Mer Optume eccum incedit ad me. So Timeo totus torpeo
Non edepol nunc ubi terrarum ſiem ſcio. ubi roget
Neque miſer me cōmouere poſſum. prę formidine
Illic enim mandata heri perierunt una & ſoſia
Uerum certum eſt confidenter hominem contra conloqui
Igitur qui poſſim uidere huic fortis á me ut abſtineat manum
Mer Quo ambulas tu qui uulcanum in cornu concluſum geriſ.
So Quid id exquiris tu qui pugnis exoſſas homines
Mer Seruos ne an liber. So vt cuīq; animo collibitum eſt meo
Mer Ain uō. So Aio enim uero. Mer verbero. So Mentiris nunc
Mer Etiam faciam ut uerum diſcas dicere. So q̄d eo eſt opus
Mer Poſſum ſcire quo profectus quoiuſ ſit aut quid veneris
So Huc eo heri ſum ſeruoſ nunc quid numeſ certior.
Mer Ego tibi iſtam hodie ſceleſtam comprimam linguam. So haud potes
Bene pudiceq; adſeruatur. Mer pergin argumentarier.
Quid apud haſce ędiſ negocium eſt tibi. So immo q̄d tibi eſt.
Mer Rex creo uigiles nocturnos ſingulos ſemper locat
So Bene facit quia noſ eramus peregre tutatus eſt domum
At nunc abi ſane adueniſſe familiareſ dicito

Lizenz: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 5v – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/de/fmb/cb-0138/5v)